

INTROIT Isaiah 9: 6

Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: cujus impérium super húmerum ejus: et vocábitur nomen ejus magni consílii Ángelus. (Ps 97: 1) Cantáte Dómino cánticum novum, quia mirabilia fecit. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: cujus impérium super húmerum ejus: et vocábitur nomen ejus magni consílii Ángelus.

COLLECT

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitatis líberet; quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Titus 3: 4-7

Caríssime: Appáruit benignitas et humánitas Salvatóris nostri Dei: non ex opéribus justítiae, quæ fécimus nos, sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit per lavácrum regeneratiónis et renovatiónis Spíritus Sancti, quem effúdit in nos abúnde per Jesum Christum, Salvatorem nostrum: ut, justificáti grátia ipsius, herédes simus secúndum spem vitæ ætérnæ: in Christo Jesu, Dómino nostro.

GRADUAL Psalms 97: 3-4, 2

Viderunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: jubilate Deo, omnis terra. Notum fecit Dominus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit justitiam suam.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram. Allelúja.

GOSPEL Luke 2: 15-20

In illo témpore: Pastóres loquebántur ad invicem: Transeámus usque Bétlehem, et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis. Et venerunt festinántes: et invenérunt Mariám et Joseph. et Infántem pósito in præsépio. Vidéntes autem cognovérunt de verbo, quod dictum erat illis de Púero hoc. Et omnes, qui audiérunt, miráti sunt: et de his, quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos. María autem conservábat ómnia verba hæc, cónferens in corde suo. Et revérsi sunt pastóres, glorificántes et laudántes Deum in ómnibus, quæ audierant et viderant, sicut dictum est ad illos.

OFFERTORY Psalms 88: 12, 15

Tui sunt cæli et tua est terra: orbem terrárum et plenitúdinem ejus tu fundásti: justítia et judícium præparátió sedis tuæ.

SECRET

Obláta, Dómine, múnera, nova Unigéniti tui Nativitate sanctífica: nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE NATIVITY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus. Quia per incarnáti Verbi mystérium nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc invisibílium amórem rapiámur. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni millítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicétes:

COMMUNICANTES FOR THE NATIVITY

Communicántes, et diem sacratíssimum celebrántes, quo beátæ Mariæ intemeráta virginitas huic mundo édidit Salvatórem: sed et memóriam venerántes, in primis ejúsdem gloriósæ semper Vírginis Mariæ, Genetrícis ejúsdem Dei et Dómini Jesu Christi: sed et beáti Joseph ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis: et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiánis: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsq; concédas, ut in ómnibus protectionis tuæ muniámur auxilio. Per eúndem Christum Dóminum Nostrum. Amen.

COMMUNION Psalms 97: 3

Viderunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

POSTCOMMUNION

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor; ita et immortalitátis sit ipse largítor: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

A child is born to us, and a Son is given to us: Whose government is upon His shoulder: and His name shall be called the Angel of great counsel. (Ps 97: 1) Sing ye to the Lord a new canticle: because He hath done wonderful things. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. A child is born to us, and a Son is given to us: Whose government is upon His shoulder: and His name shall be called the Angel of great counsel.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the new birth in the flesh of Thine only-begotten Son may set us free, whom the old bondage doth hold under the yoke of sin. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, the goodness and kindness of God our Savior appeared: not by the works of justice which we have done, but according to His mercy He saved us by the laver of regeneration and renovation of the Holy Ghost, whom He hath poured forth upon us abundantly through Jesus Christ our Savior: that, being justified by His grace, we may be heirs according to hope of life everlasting: in Christ Jesus our Lord.

All the ends of the earth have seen the salvation of our God: sing joyfully to God, all the earth. The Lord hath made known His salvation: He hath revealed His justice in the sight of the Gentiles.

Alleluia, alleluia. A sanctified day hath shone upon us: come ye Gentiles and adore the Lord: for this day a great light hath descended upon the earth. Alleluia.

At that time the shepherds said one to another: Let us go over to Bethlehem, and let us see this word that is come to pass, which the Lord hath showed to us. And they came with haste: and they found Mary and Joseph, and the infant lying in the manger. And seeing they understood of the word that had been spoken to them concerning this child. And all that heard wondered: and at those things that were told them by the shepherds. But Mary kept all these words, pondering them in her heart. And the shepherds returned, glorifying and praising God for all the things they had heard and seen, as it was told unto them.

Thine are the heavens, and Thine is the earth, the world and the fullness thereof Thou hast founded: justice and judgment are the preparation of Thy throne.

Sanctify, O Lord, the gifts offered to Thee by the new birth of Thine only-begotten Son: and cleanse us from the stains of our sins. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: for through the Mystery of the word made flesh, the new light of Thy glory hath shone upon the eyes of our mind, so that while we acknowledge God in visible form, we may be through Him be drawn to the love of things invisible. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dóminations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Communicating, and keeping this most holy day, in which the spotless virginity of blessed Mary brought forth a Savior to this world and also reverencing the memory of the same glorious Mary, ever Virgin Mother of the same our God and Lord Jesus Christ: as also blessed Joseph, Spouse of the Virgin, and of Thy blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers, grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

All the ends of the earth have seen the salvation of our Lord.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that as the Savior of the world born on this day is the Author of our heavenly birth, so He may Himself also be to us the Giver of immortality: Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.